

Z. d.
2675



G

K. 30



Q. N. 309.

v. Bflug

Z d
2675

Γ Α Μ Η Λ Ι Ο Ν
I N N U P T I I S
S I G I S M V N D I P F L V -
G I I E T

M A R G A R I D I S H A V -
G V V I C I A E C E L E B R A T I S
Vvurcinæ primo die Decemb.

Anno

M. D. L X X I I.

Compositum per

M. Iohannem Reuschium F.



c. Nuptiarum 27. q. j

Matrimonium est legis obsequium, infirmitatis remedium, humanitatis solatium,

L I P S I Æ

Anno M. D. L X X I I.

Clariss. Doctrina, virtute, auctoritate Divo,
D. Georgio Masbachio, artis Medicae Do-
ctori celeberrimo, Iovino, patrono, amico
hu. colando. A. J. autem

K. 309





ET MAIORVM
IMAGINIBVS, ET PRO-
PRIA QVOQVE VIRTUTE
NOBILISS. SPONSIS

SIGISMUNDO PFLVGIO
in Lamprechtsuuald

ET

MARGARIDI HAUGVICIAE,
CHRISTOPHORI DE HAUGVITZ,
præfecti Belgerani filia.

*M*MARGARIS Haugvicij præclaro sanguine nata
Jam, bene verte Deus, ius sociale subit.
Jam tibi contingit, quam PFLVGI mente petisti,
Frigida qua lecti tædia fallat amans.
Quæ tibi delitiæ, tibi qua iucunda voluptas,
Sospite qua PFLVGITU quoque sospes eris.
Candida cui virtus supra genus eminent ipsum,
Castus & est animus nobilitate prior.
Integra qua vixit, nec plus quam fœmina virgo est,
Deijcit atque oculos qua pudibunda suos.
Quæ tibi solamen, seu torridus aestuet aër,
Turbine seu veniant grandinibusq; nives.
Nobilis est morum pietate, est nobilis ipsis
Nominibus, patris digna propago sui.

A 2

Expri-

Exprimit os facie maternum, animoq³ pudorem,
Nullus in illaso pectore naevus inest.
Sanguine natiuo rubet illa, nec arte colorum,
Non sunt purpureo perlita labra luto.
Non venit, ut multa, densissima crinibus emtis,
Nec caput ipsius fragrat odore Syro.
Risu pulcra placet paruas faciente lacunas,
Quem nō mille modis tam bona forma trahat?
Utq³ uno possim verbo comprehendere multa,
Indelibata est virgo pudicitia.
Est in progenie virtus generosa parentum,
Non à stirpe procul poma vel una cadunt.
Non leo dat lepores, nec dat lepus ipse leones,
Non genitrix natos gignit honesta malos.
Quin socero latare tuo dignissime Sponse,
Qui decus Haugvicia est gentis honosq³ sua:
Exemplum ipse suis pater est venerabile morum,
Indicium mores integritatis habent
Et pius ipse, pia pietatis idoneus auctor
Est soboli, soboles moribus aqua patri.
Christoferus Christū fert pectore, nomine Christum
Concelebrat, Christum lingua animoq³ colit.
Ipsius ingenium multis fastigia felix
Conscendit meritis splendida: fama probat.

Est

Est perspecta fides Misnensis præsulis aula
Ipsius, hunc precio, hunc auget honore virum:
Huius consilij fruitur: Res principis apta
Hauguicij Hauguicius dexteritate iuuat.
Nec, sit imaginibus quamuis generosus auitis,
Virtutem ipse sinit nobilitate premi.
Suspicit hunc populus, merito dignatus honore,
Hunc & amico omnes semper in ore ferunt.
Fautor & equus adest tibi plebs studiosa, patronus
Est studij, scribas non nihil esse videt.
(Sunt aliquid scriba, manet & sua gloria scribis,
Turba licet stolidis inuidiosa sumus.)
Hoc socero letare tuo, letareq; sponsa
Sponse, tuo qua iam consocianda thoro est.
Est aliquid, magnos prestanti & stemmate natos
Inter cognatos posse referre viros.
En tibi cognatus fit, quo iam præsule gaudet (lit.
Uurtznia, quem dominū Uurtznia parua co-
Hauguicij generis qui famam extendere factis
Cepit, & est gentis gloria magna sua.
Quem labor assiduus præclara ad culmina honoris
Euehit, & magnum præcipuumq; facit.
Italiam vidit, Musasq; secutus amicas,
Externos voluit doctus adire viros.

Disceret ut mores hominum, tandemq; rediret
Virtute, & multa ditior arte domum.
Hinc ipsi veniunt sperata premia palma,
Hinc habet ingenijs commoda digna bonis.
Hinc Misnensis eum sibi sacra Ecclesia legit,
Ut presul populo iura verenda daret.
Est bonus imperio, bonus officioq;: quid ultra
Inuide in hoc tanto principe Mome cupis?
Inculpata pia traducit tempora vita,
Est ipsi Christus spes, via, vita, salus.
Dogmata non sequitur Romana insana cohortis,
In solo ponit te, bone Christe, fidem.
Subleuat hoc mæsto prostratas tempore Musas
Auxilio: doctis, doctus ut ipse, fauet.
Quem mea Musa canet, qui nostro carmine viuet,
Dum mihi in hac terra viuere fata dabunt.
Sponse tuo latere bono, quod prospera cedant
Omnia, & ex voto quod tibi cuncta cadant.
Cognatus presul, socer inclitus, inclita sponsa
Uno, sponse, tibi pectore & ore fauent.
Est virtute tua dignum, est & stemmate dignum,
Quo tam praeclaro vir generose nites.
Cuius si celebris dicam praconia laudis.
Non mihi sufficiet dicere tota dies.

Vinite

Viuite fœcundo, iucundo viuite lecto,
Et date Pflugiolos pignora chara bonos.
Qui patris ante pedes cursent, qui patris auiq;
Virtutes referant ingeniumq; sui.
Viuite pacifici thalamo, ad vestriq; cubilis
Limina non unquam pes inimicus eat.
Quin propius iungare tuæ Sponse optime Sponsæ,
Sic lecti à gelido frigore tutus eris.
Figite anhelantes pugnantis humida linguis
Oscula, non maculet spurca libido thorum.
Vero & vernantem facietis amore iuventam,
Prælia nec vester sentiat ulla thorus.
Sisq; meis PFLUGI studijs generose patronus,
Qui mea post aurem pauper aratra gero.
Consule queso boni chartacea munera, scriba
Munera nobilibus non dare magna potest.
Lasit hiems numeros, vix frigore crura mouentes,
Quod clauda incedant carmina, bruma facit.
Esuriunt sitiuntq; æris valde indiga turba,
Hic dolor, hic musis morbus adesse solet.

M. Iohannes Reuschius F.

Zd 2675 OK

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including phrases like "Virtutes referant ingenium", "Virtus pacis thalamus", "Lamina non vana per inuicem", "Quis propius iugare tua", "Sic lecti a gelido", "Fugit amulantes pugnantibus", "Oscula non maculat", "Vero et verum", "Prae se esse", "Sic mea", "Qui mea post", "Conspice", "Alma", "Ergo", "Quod", "Ergo", "Hic dolor"]

[Faint mirrored text bleed-through]

mc




ULB Halle
004 976 355

3







Q.N. 309.

v Bflug

Z d
2675

Γ Α Μ Η Λ Ι Ο Ν
IN N V P T I I S
S I G I S M V N D I P F L V -
G I I E T

M A R G A R I D I S H A V -
G V V I C I A E C E L E B R A T I S
Vvurcinæ primo die Decemb.

Anno

M. D. L X X I I.

Compositum per

M. Iohannem Reuschium F.



c. Nuptiarum 27. q. j

Matrimonium est legis obsequium, infirmitatis remedium, humanitatis solatium,

L I P S I Æ

Anno M. D. L X X I I.

*Clariss. Doctrina, virtute, auctoritate Divo,
D. Georgio Masbachio, artis Medicæ Do-
ctori celeberrimo, Tomino, patrono, amico
suo colendo etc. etc. etc.*